



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXIV. Die Avgvsti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXIII. DIE AVGUSTI.

IOANNES DOMYNE'.

TOtos mores, & linguam potissimum, accuratissimè nostris legibus illigauit; ne semel quidem silentij verbo villo laxati reus, magna de illo fuit apud Superiores & omnes virtutis ordinariam præteruectæ opinio. E Scholasticis nostris Theologis unus propediem à Societate separandus, a scâno quodam instinctu impulsus ad mortui huius Ioannis cadaver accessit; illudque complexus, profundo animi sensu, & bone adolescens, inquit, trahere post te! Traxit! Etenim eodem ipso die disseueriâ illum tanta incessit, ut depositâ, à nobis ab

Vocatio.

eundi cogitatione, paucis post diebus piè admodum ac religiosè de vitâ migrârit.

P. IACOBVS SLVYSKENS.

DE hoc annua Flandrobælgicæ anni 1651. sic narrant: huius præclara decora magni sunt exempli, quo adhuc expectamus. Aliunt Catholici, & heretici exitiale futurum fuisse Amosfurtianæ turris à fulmine accensa incendium, nisi porrecta à Patre Iacobo aqua benedicta, illud præsentissimâ ope mirè stitisset; ita ut ne fuero quidem post se reliquo flamma omnisi, guttis illis absorpta, cessâit.

Belga in
Hollandia.
23. Augusti.
1651.

Aqua bene-
dicta.

XXIV. DIE

P E T R V S CORREA. COAD.

SIRPE nobili natus & Lusitanorum in Brasilia facile Princeps cùm Brasiliis cum suo milite venaretur, caperet, Lusitanis ad operas venderet, siue gentis odio, siue lucri amore, siue ut sic ad Christum adducerentur, ubi à Leonardo Nunnio nostro certior factus est id minimè licere, Societati se addixit, ut se illorum saluti daret, operiaretque charitate multitudinem erratorum. Et verò abundè id præstitit usque ad mortem authoritate ac linguae peritiâ tantâ ut Brasiliico elogio Doctor eloquentia diceretur, ceruicem

Vocatio.

Charia.

AVGUSTI.

siuam lèsam vulnere luculento, quodque mortem vesperi minabatur, postridie sanam reperit, susceptum iter prosecutus, oculorum dolor accerimus ille confessim extinctus est precibus sociorum. Homines epulis barbaris destinatos, ipsis annuentibus, clam dextrè baptizabat, aquâ è strophiolo expressâ. Cum Ioanne Sosa 24. Aug. ad Carrigios missus, ibi multifariam laborauit, artibus miro ingenio & labore inueniens. Et ibat res feliciter. At interuerit negotium libido, unius è Christianis à quo pellicem iam ante abstraxerat, quemque à Brasiliorum illum deuoraturorum cultro carnario gulâque subduxerat. Ab illo concitati in Petrum & Ioannem Carrigij sagitatis

Oratio.

QQ

tis utrumque confecere, Christianis impensè lugentibus, & Corream unicum veritatis interpretem, omniumque patrem, fratrem, amicum clamantibus.

P. E M A N V E L

SEGVEIRA.

Lusitanus
Vlyssippo-
ne. 1594.
xstat. 61.
Soc. 40.
Superior.

Preedit.

IN Societate ita gubernacula tenuit ut quos gubernauit de illo scribant; illum difficilem imitationem aliis reliquise, cum neminem unquam asperre aut minus moderatè compellârit, strenue ac religiosè occupatus. Eum seruunt annuæ cum Funcalæ extremâ annuæ inopiâ laboraretur, eiusque rei causâ populus ad D. Iacobi suppli- carum frequens iuisset, dixisse pro cō- cione, citò diuinam opem assuturam, Paucis interiectis horis nauigia in portum illata tantam frumenti vim ex posuere ut summam caritatem summa vilitas consequeretur. Eundem in magna siccitate deficientibus aquis cum viri fœminæque supplices ad eadem Deipara fugerent, ea de re ad concionem perorasse, eoque descendente è suggestu ingentem imbruum copiam delapsam arua segetesque infusisse.

P. IOANNES
PEREZ.

Hispanus
in misi. Per-
uana. 14.
Aug. 1609.
xstat. 63.
Soc. 40.

HVNC missis è Christi latere radiis illustrem eorum solatio damus, qui ægris lumbentes operam suam nauant. Cum in nosocomio, inquietum annuæ Deo pauperibusque inferui-

ret, dignus habitus est, ut illi videbatur, quem Christus miro quodâ splendore è latere simulacri sui promicante irradiaret, inusitatâque interius lætitia perfunderet. Seris & funiculis in corpus suum animaduertere non celsuit priusquam viuere: quibus ut præcipue cōsuevit aduersus periculosa illas occasiones, quæ castitati nocere apud incautos potuissent. Dei vindredi desiderio flagrans, idque impensè petens à Deo hæc audiuit, ut fama est: Meliorem bartem à me iam accipisti. Et alias: Incolumem te reddam, ita enim fiat volo.

BARTHOLOMÆVS

ALVARVS. COAD.

TOUM propè sacrarij instrumen- tum eius dexteritate partum aiūt, Vlyssipone apud professos patres. Im- minebat occasione omni captandæ pietatis: vnde quotquot Sacerdotibus ad aram sacrificantibus adesse potuit minister, id verò præstitit perlubenter.

Ægris ferè per annos 40. mirâ charitate, reuerentiâ, industriâque seruit domi, foris æger quispiam Eucharistiam vomuerat, Bartholomæus addè sui stomachi compos fuit, ut illum pietati obsequientem habuerit, hausto vñacum sordibus sanctissimo Sacra- mento. In Iaponiam destinatus, cum à Sebastiano Morales Episcopo sacris initiari deberet, rârâ planè, eoque magis laudabili demissione atque con- stantiâ persistit in gradu, nullo modo se adduci ad illum honorem passus, labore tamè omnem lumbens amplexus.

XXV. DIE.

Lusitanus
Vlyssipon-
24. August.
1614.

Oratio.

Euchar.